

ADMISSION DE L'UNIVERSITÉ

CORRESPONDANTS
DE
J.F. BOISSONADE


L
—
A-F

BIBL.
UNIVERSITÉ
M.S.
1551



BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.

1551



MS
Fiches Folios





Signo Boissonardi Salutem.



Haec parva, immo maxima mihi voluptati fuit quum vidissem, Te plus una vice recognovisse, me, qui manuum levem et tantum non proptus inexpectant speciminibus typogr., quorum revidendorum pro Tua benevolentia copiam fecisti, ^{admodum} non inutilem operam attulisse.

At, cur enim dicenda taceam? tam iniqua est conditio eorum, qui ejus generis laboribus vacant (gall. correcteurs), ut nec semper nec ubique temporis utiliter in id collocandi facultas adsit.

Hanc ob causam non abs re erit, si eo me vertam, unde aliquid honesti questus proveniaturum spe videatur.

Scito enim, Vir humanissime, me in Germania, ubi in lucem editus sum, litteras

humaniores inde a primâ pueritiâ tractatas
 per aliquot annos publice professum esse.
 Hinc mihi stat in animo, litterarum gr.
 et lat. rite edocendarum occasiones cir-
 cumspicere, Teque etiam atque etiam ro-
 gatum velim, ut testimonio manu Tua
 scripto mihi auxilio venire non deigneris,
 ubi quidem in litt. græcâ me aliquantulum
 videre crederis. Illius enim autographi
 beneficio spes est (πῶς γὰρ οὐ;) me, si
 avis Minerva non abdidit, aut in collegio
 aliquo urbano, aut in πανδοχείῳ^α aliquo,
 quorum magnus in hac urbe est numerus,
 admissum iri.

Tanta enim est talisque alarum ^{Tuarum} apud
 nostrates umbra, ut solâ nominis Tui
 famâ multum inde lux in umbrâ,
 quam vivo, vitam, redundaturum esse

plane persuasum habeam.

Vale, Vir maxime venerande, faveque

Tui observantissimus

Beyerle

21 rue de Fleury

1^o die Aug. 1857



[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]
de l'Institut
Monsieur Bressonade

Monsieur
[Faint, illegible handwriting]

